

matris ac Mahometanis Matth. Michovienſis (l), & de his quoque l) Lib. F. de Sarm. c. XLV. m) cap. XIV. n) Vide Jo. Tob. Major. comment. in Act. Apoſt. c. VIII. o) Vid. Chriſt. Schot an. diſp. hiſtor. Philoſ. leg. de Sim. Mago Th. XXI. & Thom. Bartholin. anat. reform. Lib. I. c. XXXL. p) ibid.
 Transylvanus ille Anonymus, qui ſeculo ſuperiori ſcripſit *com-*
perta ſibi diuturno exilio apud Turcas. Refert enim hic *(m)*, *con-*
ſtantiſſima inter eos fama adſeri, quod plures concepti & nati ſint
ſine virile ſemine, quos ideo appellant Neſes oculi, indeque nec vi-
deri ipsis inſolitum, quando Chriſtiani conſitentur Chriſtum ex
virgine Mariâ conceptum, ſine virili ſemine. Quibus addimus,
 quod & Simon Magus, *monſtrum illud hominis, & rectiſſime à*
 Cyrillo *ἄποτ ἁ τῆς ναίας ἁ γὰνω* dicitur *(n)*, tradatur *(o)*, iacti-
 taſſe, *ſe ex Rachele matre virgine fuiſſe genitum, at ſcilicet Deum ſe*
potuerit profiteri. Sic & noſtro hoc ſeculo *Magdalenam de Au-*
vermont, Hieron. Auguſti de Monteione, Equitiſ Gallici, uxorem,
 pariter prodidiſſe ſcribit Nobiliſ. Bartholinus *(p)*, quod ſolâ
imaginatione Emanuſtem conceperit. Sed fabulæ ſunt: quas cre-
 dat *Judeus Apella; non nos: nec Chriſtianus fortè vel peritior a-*
lius, quique novit, quid diſtent erva lupinis.

TANTUM!

DEO CONDITORI ET SERVATORI NOSTRO
LAUS, HONOR ET GLORIA!

TRaxisſe è rigidis faxis primordia vitæ
 Mortales, vatum fabula priſca refert.
 Aſt veros ortus vitæ, GIESLERE, recludis,
 Queis auſis lætus fata ſecunda precor.

honoris erg. ſcrib.

Frid. Bechmann / D.P.P.

ABdita naturæ myſteria pandere, nec non
 occultos ſedulò rerum ſcrutarier ortus,
 hoc opus, hic labor eſt, hæc eſt ſapientia prima.
 Hoc, Gieslere, facis, quando deducis ab ovo,
 quod dicunt, hominem, cum mente manique ſagaci
 matris clauſtra petis, foetus primordia prima

ſcru-